



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

67. An ex occisione facta in duello oriatur obligatio restitutionis? Ex p. 5. tr
.4. r. 50.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

De Homicidio, &c. Resol. LXVI. &c.

123

Sup.hoc pro §.1. parte in ref. praecepit.

Nonnullum affirmavimus sententiam tenet Eminentissimus Cardin. de Lugo de iust. & in tom. 1. disp. 10. sect. 8. n. 170. & disp. 11. sect. 2. n. 55. vbi sic ait. Dubitatur an qui fuga potuit commode ablique nota, vel infamia aggressori fugere, & noluit, sed ipsum occidit, teneat ad compensandam eiusmodi dannam. Aliqui enim dicunt, occisionem illam esse quidem illicitam, & peccatum graue, non tamen contra iustitiam, sed contra charitatem, cum potuerit absque graui incommmodo totum illud damnum proximi evitare. Lessius cap. 9. dub. 2. n. 136. & dubit. etiam 15. num. 107. & Molina disp. 8. numer. 2. Ceterum supra disp. 10. sect. 8. num. 170, cum communis sententia diximus, illud non solum esse peccatum contra charitatem, sed etiam contra iustitiam, quia virus quisque habet ius, ne occidatur ab alio auctoritate priuata, nisi ob necessitatem defensionis, cui iuri ille non renunciavit, licet passione turbatus voluerit se ei periculo expondere: cum ergo tunc non sit necessaria occiso, ad propriam defensionem, necesse est, quod retineat malitiam integrum homicidij iniusti.

2. Addeo tamen, posse fortasse utramque sententiam conciliari. Nam si praeuidens Perrum te querere, vt te occidat, tu nolis ea die domi manere, cum commode possis, vel domum tuam redire, vt eius occursum fugias, peccas quidem contra charitatem, postea verò, si eo adiuvante, & te occidere volente, iam non possis id impeditre, nisi cum occido, tunc non peccas contra iustitiam, quia iam tunc necessaria defensio id exigit, sed nec ante peccati contra iustitiam, quia non mansisti ibi eo animo, nec caufam aliquam iniustam dedisti, sed solum non impediisti occasionem illius necessitatis, ad quod non tenebas ex iustitia, sed ex charitate; & in hoc fortasse sensu & casu loquuntur Molina & Lessius. Quando verò ipso Petro te aggrediente, tu potes fuga te defendere, & non vis fugere, sed cum occidere, peccas contra iustitiam, quia tunc occiso non est necessaria, cum adhuc tunc possis alter te defendere, quam occidendo, & in hoc casu videuntur loqui auctores nostræ sententie. Ita Cardinalis de Lugo.

3. Sed dicendum est esse sati probabilem tam Ecclesiasticum, quam secularem, quem fugere oportebat, si id non faciat, sed resistat, & sui defendendi causa mutiler, vel occidat, non obligari ad compensationem, neque in externo, neque in interno fato; quia non proprie fert iniuriam aggressori, quia se vltro in tale periculum conciebat, & quantum in ipso est, potestatem fecit inuaso se defendendi; quanvis probabilius sit tenere restituere, & peccare contra iustitiam. Et ita negatiuam sententiam tanquam probabilem admittit P. Dicastillus de iustit. lib. 2. tract. 1. disput. 10. dub. 5. numer. 68. & dub. 7. numer. 80. vbi sic aferit. Videendum restat, utrum predicti Clerici, Religiosi, aut etiam infimæ conditionis homines, qui alapa percussi, vel fuisse, aut quocumque alio modo inuasi, non sibi confundunt fuga, cum possint fugere ante acceptam iniuriam, sed repereuntur, & occidunt inuasorem, peccant mortaliter contra iustitiam, vel solum contra charitatem. Dissidentium auctores, Less. c. illo 9. dub. 12. numer. 86. Iulius Clarus *sopr.*, & alij putant solum peccare contra charitatem, quando percussio est grauis: contra iustitiam verò, quando est leuis, & pro illa vitanda occidunt. Probabilius tamen est, quod docet Petrus Nauarra *sopr. numer. 189.* referens Sotum, & Courtriu, conseruante Sylvestr. verb. excommunicatio, & alij sententiores afferentes prædictos peccare contra iustitiam, quando fugere possunt sine graui incommmodo; quia tunc solum licita est occiso, quando necessaria est ad vitam tuendam, vel graue malum arcendum. Sed in nostro casu Clericis, & Religiosis non est gravis malum fugere, aut patienter

Tom. VIIII.

sustineri id quod viro seculari esset ignominiosum, ergo pro non graui ratio comparatione sui inferentes mortem, aut grauem mutilationem proximo, contra iustitiam peccant. Nihilominus probabile est non peccare contra iustitiam, neque teneri ad restitutionem dannorum. Ita Dicastillus, cui etiam additum Trulchensis in Decalog. 10.2. lib. 5. c. 4. dub. 1. n. 7. qui etiam probabilem hanc sententiam esse docet, quibus ego adhæreo.

RESOL. LXVI.

An inter Nobiles ex homicidio oriatur obligatio restituitionis? Ex part. 5. tr. 4. Ref. 61.

§. 1. **R**espondeo negatiuè, ex his, quæ docet Sanchez in opere. 10.1. lib. 1. cap. 4. dub. 11. n. 6. ex Mercado & Salonio, qui ait. Nobiles & diuites ex communis viuvident renunciæ, & pepercisse huic iuri, ideo tacite censem remittere. Hinc Corduba lib. 1. q. 3. art. 3. Sotus lib. 4. de iust. q. 6. art. 3. ad 3. & Ledesma in 2. part. 4. q. 18. art. 2. dub. 2. dicunt, quod inter illustres habeat restituio non petitur, nam damna facile condonant, solamque iniuriam memoria tenent, & ita hanc sententiam tenet Homobonus de casibus rei. part. 2. cas. 3. sol. mibi 303. vide etiam Aragonium in 2. q. 62. art. 2. ad 1. & alios.

RESOL. LXVII.

An ex occidente facta in duello oriatur obligatio restituitionis? Ex part. 5. tr. 4. Ref. 50.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Peregrinus tract. de duello, q. 39. num. 4. Megalius in p. 2. lib. 3. c. 1. q. 1. n. 13. Turrian. in 2.2. D. Thom. 10.2. disp. 28. dub. 4. n. 12. Bonaventura Colonenis in tract. de duello, cap. 12. vbi sic ait. Qui in duello laedit alterum, vel occidit, tenetur in foro conscientia refarcire laeso, vel filiis & haeredibus occisi, quamecumque iacturam, quam illi ratione lafonis & occisionis perpetrata sunt: nam qui pugnat in duello, dat operam rei illicitæ, cum duellum sit prohibitum: ergo si ex duello sequitur laeso, vel mortis, qui laedit, tenetur refarcire qualcumque iacturas: nam danti operam rei illicitæ, que prohibita est ex præcepto iustitiae, imputantur omnia quæ sequuntur, etiam præter voluntatem suam. Ita ille, & ante illum docuit Molina de iust. 10.4. art. 3. disp. 8. in num. 1. afferens, prouocatum ad duellum, si illud acceptet ut suum mandatum tenuat honorem, & inimicum occidat, teneri ad restituionem. Et hanc sententiam probabilem putat Homobonus de casibus p. 2. cas. 3.

2. Sed hæc opinio ita absolute prolatæ non placet; dico igitur quod si quem ad duellum prouocasti, & sic prouocatum occidisti, non eris à restituione excusandus, quia inuoluntarius ad certamen descendisse censem tur, ne apud mundanos vilis haberebut: si verò prouocantem prouocatus occidat, vel percutiat, quanvis lethali percutiat, ad restituionem non tenebitur, quia prouocando alterum inuitauit ad sui occisionem, si forte alter (superior est), scienti verò & volenti non sit iniuria. Quod si ambo æquè vos ad duellum prouocasti, neuter alter ad restituionem teneretur, quia pactum implicitu intercedit tunc, vt nihil occiso occisor inde debeat. Et hæc omnia docet Rebelloius de oblig. in p. 1. lib. 3. q. 12. n. 8. & 9. Villalobos in sum. com. 2. tr. 12. diff. 24. n. 1. Sylvius in 2.1. D. Th. 6.2. art. 2. queritur. 3. concil. Laymann lib. 1. sect. 3. tr. 3. cap. 6. n. 5. & nouissimus Calestinus in comp. Theol. moral. tr. 10. c. 3. n. 3. vbi tenet

Sup contento
in hoc §. in-
fra in ref. 7.
§. vlt.

L 2 non

Tractatus Quintus

124

non adesse ullam restitutionis obligationem, quando
Sup. hoc ibi occidit prouocatur ad duellum, videlicet etiam Beccanum de
dem.
iust. & iure, q. 9. de restit. concl. 1. & Azorium p. 3. lib. 5.
cap. 3. q. 7. Filliicum 10. 2. trist. 32. c. 8. n. 212. Lessuum
lib. 2. c. 9. dub. 21. num. 133. Sanchez in opus. tom. 1. lib. 1.
c. 4. dub. 10. Fernandez in exam. p. 1. c. 14. §. 1. n. 1. Ban-
nez de iust. q. 62. art. 2. dub. 5. Strouersdorff. de iust. &
iure in 2. 2. D. Th. q. 67. disp. univ. mem. 2. concl. 3. Tanne-
rum tom. 2. disp. 4. q. 6. dub. 4. n. 101. Salon. in 2. 2. D. Th.
q. 62. art. 2. contr. 11. Vnde non est audiendus Peregrini-
nus & alij pro affirmativa sententia adducti.

R E S O L . L X V I I I .

*An si adulter occidat cum moderamine inculpata tutela
maritum inuaforem, teneatur ad aliquam restitutionem?*
Ex part. 5. tr. 4. Ref. 47.

Sup. hoc su. §. 1. Negatiu respondet Lessius lib. 2. cap. 9. dub. 5.
prä lego do-
Strinam res.
21. & pro ir.
regularitate
2. Rebellius verò de obligatione iust. p. 2. lib. 3. q. 12. n. 6.
in hoc casu
affirmatiu sententiam tenerit, quia licet adulter non
in 10. 5. tr. 5.
Ref. 124. &
hic infra le-
ge doctrin-
nam Ref. 83.

N e g a t i u m , quia habuit ius se defendendi, &
occidit non habuit ius eum inuadendi.

2. Rebellius verò de obligatione iust. p. 2. lib. 3. q. 12. n. 6.
in hoc casu
affirmatiu sententiam tenerit, quia licet adulter non
peccauerit peccato homicidiū, quia tamen causam effi-
cacem per iniuriam dedit aggetiori, ex qua subsecutum
fuit occidit damnum, tenetur illud compensare non
in quantum ex homicidio, sed quatenus ex iniusta pro-
vocatione profectum fuit.

3. Sed Henricus Strouersdorff de iust. & iure in 2. 2.
D. Thom. q. 68. disp. univ. num. 2. concl. 6. conatur has duas
pugnantes sententias concordare, sic enim ait. Videtur,
meo iudicio, haec duæ sententia facile posse conciliari,
si quis dicat adulterum illum, quem suppono pri-
uata auctoritate ab altero inuadi, debere prius alias
vias quætere cauendi damnum, v.g. fugiendo, ut dicit
Rebellius, vel petendo veniam, vel offerendo satisfa-
ctionem, que nisi faciat obligari illum ad restitu-
tionem, etiam forte tanquam homicidiam, eo quod in hoc
casu latram culpam committat, & excedat modum iustæ
defensionis, præfertim cum ipse tam grauen causam
inuasioni dederit. Si verò his omnibus frustra tentatis
adhuc alter persistat, & infest priuata auctoritate, potest
inuasus moderatè se defendendo alterum occidere, nec
tenebitur ad restitucionem, eo quod vius si iure suo, &
ab altero contra ius sit iuasus, & tunc ista occidit se
habebit tanquam per accidens, & mediante alterius ma-
litia prouenient, occasione operis iniuriosi, proinde
ac si quis scipsum occideret pra impunitia, eo quod
ego eius domum succenderim, non ero homicida, ista
enim successio est contra charitatem tantum, non verò
contra iustitiam respectu occisionis per accidens ex ea
provenientis. Ita Strouersdorff vbi supra.

4. Verum mili absolue sententia Lessij magis pla-
cerit, quia talis occidit non est culpabilis in defensione, vt
suppono, neque est culpabilis in cauila, adulterium enim
est cauila remota, & occasio dumtaxat, nec est via ad oc-
casionem mariti, sed potius adulteri, nam ratiū mors
mariti ex adulterio sequitur, sed potius mors adulteri:
ergo, &c. Et ita hanc sententiam docet etiam Megalius
in part. 2. lib. 3. c. 1. quæs. 1. n. 10.

R E S O L . L X I X .

*An quando quis aduerit ex suo homicidio sequuntur
damnum tertium, si re vera sequatur, teneatur ad restitu-
tionem; v.g. occidit quis Ioannem, imponitur homicidium
Petro, qui cum Ioanne inimiciorum habebat, capi-
tur Petrus, & ad mortem damnatur, &c. quare, an
in tali casu vero homicida teneatur restituere heredi-
bus Petri damna inde sequita?*

Et quid si in supradicto casu non aduerit?
Et alij casus inferuntur in corpore huius Resolutionis, cu-
quibus multa difficultates solvi possunt. Ex part. 3. tr. 4.
Ref. 51.

§. 1. O ccidit quis, v.g. Ioannem, imponitur homi-
cidium Petro, qui cum Ioanne inimiciorum
habebat, capitur Petrus, & ad mortem damnatur, &c.
quare, an in tali casu verus homicida teneatur ad re-
stitutionem hæredibus Petri? Respondeo quod si me-
ra intentione talis occidit Ioannem vt Petro inde dan-
num eueniret, nec aduerit eventum, non confut-
caula mortis, & ideo non teneatur ad restitucionem, sed
difficultas est, si aduerit damnum secutum Petru.
Probabilius videatur etiam contra Azorium p. 3. lib. 1. c.
c. 3. q. 10. si talis homicida pater inde damnum Petru.
obuentur, nam peccare peccato iniuria in tertium,
ac proinde non teneri ad restitucionem, quia quando
ex aliqua actione sequitur damnum tertio, non ex na-
tura actionis vel vt plurimi, sed ex malitia, vel ignoran-
tia aliorum, quæ se immiscerent, non confut illa actio
iniuriosa tertio, & quando damnum sequitur ex opere,
non natura operis, sed per accidens, ut est in casu de
quo loquimur, non teneri quis ex iustitia canere, ne
sequatur, sed solum ex charitate: ergo non teneri ad
restitucionem. Hinc inferunt vendentem catoplatam
alici, qua malè vñorum putat, si cum illa aliquem po-
stea si occidat, non teneret ad restitucionem, quoniam
peccet contra charitatem. Et haec omnia docet Lessius
lib. 2. cap. 9. dub. 16. n. 110. 111. & 112. & Sanchez in
opus. tom. 1. lib. 1. c. 4. dub. 5. n. 9.

2. Sed quid, v.g. si intendas vendendo illam cata-
pultam vt ille inimicum tuum ea occidat? Laymann
lib. 3. scilicet. 5. tr. 3. p. 3. c. 6. n. 3. Sotus de iust. lib. 4. q. 6. art.
3. ad 4. argum. & Corduba lib. 1. quæs. 1. art. 2. in tali
casu affirmant tunc adesse obligationem restitucionis,
cum actus humani ex intentione speciem accipiunt. Sed
Lessius vbi supra, negat, adi illum, & non pigebit. Et rati-
o est, quia intentio non facit ut opus sit iniunctum, & obli-
get ad restitucionem, nisi alias ex natura sit & cir-
constantiæ tale sit. Vnde ex his multæ difficultates solvi
possunt, videlicet quando peccetur contra iustitiam, pa-
tamur contra charitatem.

3. Notandum est hic, quod erit aliquæ actio ti-
lis sit, vt ex ea plerumque damnum tertio sequi soleat,
si in ea actione iure tuo vtaris, non teneri ad restitu-
tionem, quia qui vitrit iure suo, nemini facit iniuriam,
quoniam possit peccare contra charitatem, si panopli-
sus intereat so. uti, si venas aquarum per tunc præ-
diuum currentes, à quibus aqua in pectus vieni influe-
bat, prætexu alieuius operis intercipias, ut si cloacæ
in prædiu alienum aperias, & sic in similibus. Ita La-
ymann loc. cit. n. 114.

R E S O L . L X X .

*An occidit si habet filios, & omnia interficiunt remissa-
teneatur adhuc restituere? Ex p. 5. tr. 4. Ref. 8.*

§. 1. P artem affirmatiuam docet Tannerus tom. 3.
disp. 4. q. 6. dub. 4. n. 16. in dicto n. 121 & Faber
de restitu. in 4. disp. 15. q. 3. disp. 51. 1. c. 2. n. 2. Sed alij ne-
gatiuam sententiam tenent, vt Lessius lib. 2. c. 3. dub. 16.
n. 159. Beccanum de iust. & iure in 2. 2. D. Th. q. 14. de resti-
tut. 4. Sotus de iust. lib. 4. q. 6. a. 3. ad 5. Bannez in 2. 2.
D. Th. q. 62. art. 2. dub. 6. & alij. Ratio est, quia filii nisi quate-
nus laudentur in patente contra ipsius voluntatem, ne
go quando patens condonat omne damnum, nullum
iuris ei remaneat. Sicut enim per eum ius acquirunt, ita
etiam admittunt. Nihilominus non recte facit lessius,